



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Concilii Tridentini Historia

Contra falsam Petri Suaui Polani narrationem

Pallavicino, Sforza

Antverpiae, 1670

Argumentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11718

HISTORIÆ
CONCILII
TRIDENTINI
LIBER VIGESIMVS TERTIVS.
ARGVMENTVM.



Aspera Gallici Regis mandata ob notitiam habitam de parata Principum emendatione, & ob alios nuntios; quorum falsitatem is postea docetur à Lotharingo. Acerbissima Ferrerij contestatio in generali confessu. Responsio Caroli Grassij Episcopi Montis Falisci, & alie illius facti conditiones. Lunensis ad contestandum paratus, quod non obtineret postulatam declarationem aduersus particulam, proponentibus Legatis. Contrarius aliorum Oratorum sensus; sed Gallus & Lusitanus ad illi adherendum in eo coacti, & Cesarei negantes ipsis assentiri absque mandato Ferdinandi, ad quem littere scribuntur. Patrum sententia de uno supra viginti articulis emendanda discipline, ac potissimum de Episcoporum electione, de actis in ipsorum assumptione, de Cardinalibus, de immunitate Collegiorum Ecclesiasticorum ab Episcopis, de impertiendis Sacerdotis curam animarum habentibus per concursum, & de primis iudiciis Ordinariorum iurisdictioni relinquendis. Sessio à Legatis proposita, in qua solum hæc viginti & unum capita statuerentur, ceteris, ac præsertim articulo Principum futurae Sessioni remissis; de quo plures consentiunt, tametsi multis contradicentibus. Errores & mendacia frequentia Suavis, sparsim confutata. Voluntas Cesaris & Romanorum Regis de Concilij absolutione. Sensus & nota Ferdinandi

dinandi de postrema correctione paratorum Decretorum. Eiusdem
 responsa ad Lunensis postulata de particula, proponentibus Le-
 gatis, & consilium in eo susceptum. Professio Ferrerij. Que-
 rela Tridenti habita de quibusdam que Pontifex in Senatu
 egerat, & scripta ab ipso ea de re causa. Sententiarum discre-
 pantia de matrimonijs clandestinis, & de subiectione Episcopo-
 rum in varijs rebus Archiepiscoporum potestati. Capita consti-
 tuta inter Pontificem & Lotharingum de Concilio. Pontificis
 sententia in septem Gallia Episcopos, & vocatio in ius Na-
 varrensis Regina; sed sine progressu, & quare. Lotharingus
 Romam profectus. Eius transitus Venetijs, ibique ab eo acta cum
 Oratoribus Gallicis, qui illud secesserant. Adhibita ab his apud
 Regem studia, ut ipse Lotharingum à Concilio abalienaret.
 Responsum Philippi Regis ad Legatorum epistolam, & ad Pon-
 tificis querimoniam in ipsius ministros. Varia Tridenti per-
 pensa de primis iudicijs, de immunitate Collegiorum, & de
 priuilegijs Ecclesie Gallicane. Initum consilium de apponen-
 da in fine Concilij particula, salua semper auctoritate Sedis
 Apostolicæ. Sessio undecimo Nouembris celebrata. Cano-
 nes & Decreta de Matrimonio: aduersæ de clandestino senten-
 tiæ. Functionis prolixitas, & res ibi mutata aliter quàm
 parata fuerant ac proposita, ac præsertim de subiectione Epi-
 scoporum Archiepiscopis. Noua Sessio ad nonum Decembris
 denunciata.



Pars III.

Rrrr

CAPVT